Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

rex quod fecerit in oppidis suis
et nihil ei remansit dimisit
ex exercitu suo unusquisque in
locum suum excepto populo
ex exercitu quem retraxerat ab
initio fidelis genuum. Et erat ei
omnis inimicus ex exercitu prin
cipis. Et tryphon et quidam
erat puer alexandri primus
et vidit quoniam omnis exercitus
immutavit vultum suum dametrium
et fugit ad zmalchel arabum
qui nutriebat antiochum fi
lium alexandri. et postulabat
ei ut tradat eum ipsi ut custo
diat loco patris sui. Et nun
tiavit ei quanta fecit dame
trius et inimicitias ex ex
ercitu eius ad versus illum. Et
mansit illic diebus multis
Et misit ionathas ad dame
trium regem ut auferret eos
qui in arce erant in ierusalem
et qui in presidiis erant quia
impugnabant israel. Et misit
dametrius ad ionathan di
cens. Non hoc tantum tibi faciam
et genti tue sed gloriam il
lustrabo te et gentem tuam
cum fuerit opportunum. Nunc ergo
recta facias si misisses vi
ros in auxilium. ex desperatione
enim exercitus mei. Et misit
ei ionathan tria milia vi
rorum forsan antiochia. et
venerunt ad regem et de
lectatus est rex in adventu
eorum. Et congregati sunt qui erat
de civitate. c. xx milia vi
rorum. et volebant interficere
regem. et fugit rex in au
lam. Et occupaverunt qui e
rat de civitate itinera ci
vitatis et cepere pugnam
Et vocavit rex iudeos in
auxilium. Et venerunt omnes
simul ad eum. et dispersi
sunt omnes per civitatem. et occi
derunt in die illa. c. milia
hominum. et incenderunt civita
tem. et ceperunt spolia multa
in illa die et liberaverunt re
gem. Et viderunt qui de ci
vitate erat. quod obtinuisset
iudeus civitatem sicut volebat
et infirmati sunt mente sua
et clamaverunt ad regem pa
ce dicentes. Da nobis dexte
ram et cessent iudei oppugnantes
nos et civitatem. Et pieta
verunt arma sua et fecerunt
pacem. Et gloriatus est iudeus
in oculis regis et in oculis
omnium qui erat in regno eius
et notus factus est in regno. et re
gressi sunt in ierusalem habentes
spolia multa. Et sedit dame
trius rex in sede regni sui
et quievit terra in conspectu eius
et mentitus est omnia quecum
que dixerat. Et alienavit se
ab ionatha. et non retribuit
ei secundum beneficia que sibi tri
buerat et ve vexabat eum
valde. Post hec autem vocat
ur est tryphon et antiochus
cum eo puer adolescens et
regnavit. et imposuit sibi
diadema. Et congregati
sunt ad eum omnes ex exercitu
quos dispersverat demetrius
et pugnaverunt contra eum
Et fugit et terga vertit
Et accepit tryphon elephantos
et obtinuit antiochiam.
Et scripsit antiochus ado
lescens ionathe dicens.
Constituo tibi sacerdotium